I N NOMINE SANCTISSIMÆ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Noverint universi, & singuli præsens publicũ trãsumpti instrumentũ visuri lecturi pariter, & audituri, quod nos Ioannes Dominicus Spinola protonotarius Apostolicus, S.D.N. Papæ. Nec nõ Curiæ causarum ea meræ Apostolicæ generalis auditor Romanę, q; Curiæ iudex Ordinarius sententiarum quoque, & censurarum latarũ literarumque Apostolicarũ quarumcumque universalis, & merus executor ab eodem S. D. N. Papa specialiter deputatus ad instantiã totius ordinis Prædicatorum principalis, omnes, & singulos sua quomodolibet cõmuniter divisim ac insolidum interesse putantes eorumque procuratores si qui tunc erãt in Romana Curia addicendum, & excipiendum quiquid verbo, vel inscriptis contra literas Apostolicas pro parte dicti Sacri ordinis Prædicatorũ in actis infra scripti nostri Notarij productas dicere, sive excipere volebant, vidẽdumque illas transsumi, & exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi nostramque, & Curiæ nostræ autoritatẽ pariter, & decretum desuper interponi per audientiam publicam literarum contraditarum citari fecimus ad diem, & horam infra scriptas, qua adveniente cõparuit iuditialiter coram nobis D. Petrus Martinez de Mẽdessa procurator, et citatis non compareñ contumacia accusata literas Apostolicas impressas legitimæ expeditas, quas quidem literas ad manus nostras recepimus, vidimus, legimus, ac diligenter expeximus, & quia sanas integras, & illesas, non cancellatas, non vitiatas, nec aliqua parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carere reperimus ipsas literas per notarium nostrum infra dictum transumi, & exemplari, & impublicã transumpti formã redigi, mandavimus, & fecimus volentes, & autoritate dicte Curię decernentes, quod huiusmodi nostro transumpto publico, cum dictis literis originalibus diligenter auscultato collationato, & cõcordato de cetero, & in antea talis, & tanta fides in iuditio. & extra adhibeatur qualis, & quanta dictis literis originalibus datur, & adhibetur, seu daretur, & adhiberetur si in medium exhibite forent, aut ostense, dictarum vero literarum tenor talis est videlicet.

Oraculum illustrisimi, ac reverendisi D.D. Cardinalis Burghesij Sacri ordinis prædicatorum protectoris dignisimi.

Nos Scipio miseratione divina tituli Sãti Chrisogoni Cardinalis Burghesius nuncupatus maior penitẽtiarius signaturæ gratię pręfectus, ac totius ordinis prædicatorũ protector. Universis, & singulis Christi fidelibus, pręsentes nostras, inspecturis, lecturis, & audituris, fidem in dubiam facimus, & in verbo veritatis attestamur, fuisse diebus elapsis nomine totius ante dicti ordinis. S. D. N. Gregorio Papę 15. exhibitum libellũ suplicem, quo humiliter petebatur, ut dignaretur eius sanctitas cõcedere, ut possent omnes fratres ac moniales ordinis præfati celebrare festum, & recitare officium Beati Ambrosij Sansedonijs Senensis professi dicti ordinis Theologi, & Concionatoris eximij vitæ santitate, & miraculorum gratia insignis, quemadmodum fit adictis fratribus incivitate Senẽsi ab immemorabili, eundemque libellũ ab eius sanctitate nobis fuisse remissum, pro eius maxima liberalitate. Nos igitur attendentes duo potissimum requiri in aliquo Dei servo, qui publico cultu in Ecclesia Dei sit honorandus, nempe, virtutem morum, & virtutem signorum, hoc est, sanctitatem, & miracula: quę duo in Beato Ambrosio Sansedonio, ita splendescunt, ut nihil preterea sit, quod exoptari queat, siquidem in Romano Martyrologio iusu Clementis 8. felicis recordationis die 20. Martij hæc ipsissima leguntur verba. Senis intusciæ Beati Ambrosij, vitæ sanctitate, & miraculis illustris. Insuper, & à Sãto Antonino Archiepiscopo Florentino. Et à Beato Raymundo Capuano, Olim præfati ordinis generalis Magistro eius sanctitatem, & miracula Egregie celebrari: & extare præter alias scripturas, & monumenta quam plurima instrumenta publica manupublici notarij conscripta de eius miraculis impetrata etiã prius ad id faciendum ab ordinario opportuna facultate fuisse præterea conscriptum opus á quatuor dicti ordinis præstantissimis Theologis super sãctitate, & miraculis dicti beati viri Honorio 4. summo Pontifice, id demandante, & Consilio, ut ipsum in sanctorũ numero referret, quod morte in matura pręceptus perficere non potuit. Sumam quoque esse populi Senensis utriusq; sexus in Beatum Ambrosium per annos 300. & amplius nũquã iter Ruptam, imo semper magis magisque virentem, & maxima cum pompa atque applausu festum illius celebrari. Quim etiam per summos Pontifices, Gregorium 13. Sixtum 5. Gregorium 14. & Paulum 5. Sacras eius Reliquias, & sacellum devote visitantibus, indulgentiam omnium peccatorum plenariam fuisse concessam. Eidem Santissimo Retulimus in Audiẽtia secreta nobis

data

data die 5. Octobris labẽtis anni 1622. attentis prædictis posse petitam gratiã concedi si Sanctitati suæ placuerit. Qui Sanctissimus, honeste, ac piæ petitioni dicti ordinis nostrisq; benigne annuens vivę vocis oraculo nobis facto concessit, ut in toto prædicatorum ordine præfato, festum agi, & officium recitari queat de dicto beato Ambrosio sicut fiebat á fratribus præfatis in vrbe senarum prefata. In quorũ omnium, & singulorũ testimonium has nostras dedimus, Tusculi in edib' nostris die 8. Otobris 1622. Quas etiam manu propria, necnon Secretarij nostri subscriptas sigillo nostro iussimus cõmuniri: Scipio Cardinalis Burghesius locus * sigilli. Ludovicus Sart. Sectetatius. Super quibus omnibus præmissis tanque Rite, recté, & legitime gestis nostram, & Curiæ nostræ, autoritatem pariter, & decretum interposuimus, prout interponimus per præsentes, in quorum fidem præsentes fieri, & per notarium nostrum publicum infra scriptum subscribi. Datum Romæ ex edibus nostris, anno á Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentisimo vigesimo tertio. Indítione sexta. Die vero quarta mensis Decembris, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Vrbani divina providentia Papæ 8. anno sui Pontificatus primo. Actum Romæ in officio mei præsentibus D.D. Chtirante Raxiolo ful gineaten, & Sancti Florido Piceno Connotarijs testibus ad prædicta omnia, & singula habitis vocatis spetialiter atque rogatis. Pro Domino sucessore Dñi Petiti dũ vixit Curię causarũ Cameræ Apostolicæ Notario de præmissis rogatus ego Rinaldus Buratus eiusdem Curiæ Notarius præsens instrumentum suscripsi, & publicaui requisitus Lucas Antonius virilis locum tenens. En lugar del signo * en lugar del sello pendiente. *

el decreto de S.to Ambrosio
de como se separa [illegible]
do de la orden